

Si earum rerum, quae in hac
 vita homini possunt jucundas
 contingere, ulla sapienti viro
 est habenda ratio; nihil pro-
 fecto est, praeter consentientem laudem
 bonorum, incorruptam vocem bene-
 Judicantium de excellenti virtute, h. e.
 veram, solidam, nec adumbratam glo-
 riam. Quemadmodum enim ipsa vir-
 tus omnino est prudenti viro expeten-
 da; ita solida gloria recte factorum
 plerumque comes, non est a bono vi-
 ro repudianda. Trahimur omnes oc-
 culto laudis Studio, & optimus quisq;
 maximè gloriâ ducitur. Cicero cum
 P. R. ex misericæde, vestales virgines
 ex acerbissima vexatione, ipsam de-
 niique urbem pulcherrimam, exfœdissi-
 mā flamma, bello, vastitate eripuisset,
 atq; à furore Catilinario redemisset,
 nullum quidem insigne honoris, nul-
 lum monumentum laudis postulare se
 ajebat; ast tamen, diem ipsam sperabat
 æternam fore, ad salutem urbis, & ad
 memoriam consulatus sui propaga-
 tam. Ipsi Philosophi etiam in illisli-

A 2

bellis,